

Eadem die admodum reverendus plebanus Viterbi convisitator perexit ad visitandam ecclesiam parochialem Sancti Quilici loci [130r] Avalicae, ibique humaniter fuit receptus a reverendo Francisco Antoniotti parochi. Visitavit sanctissimum Sacramentum, et minus decenter retentum invenit, prout ex decreto.

Baptisterium etiam vix satis, et praecipue vascula oleorum sanctorum. Tria sunt altaria: maius, sancto Quirico dicatum; 2. a cornu Evangelii, sanctissimo Rosario; et 3. ex alia parte, Animabus Purgatorii; quae altaria cum ecclesia manutenenda sunt a populo.

Unum reperit legatum pium quondam Angeli Michaelis Antoniotti, qui reliquit censum, ex quo solvunt libras viginti, et pro his parochus celebrat missas 40; ecclesia vix satis, et miserrima est.

Annui redditus plebani sunt librae 280. Familiae 39. Animae 150. Altare privilegiatum altare maius.